



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 62. Synodus Aquensis in Provincia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul. XVI. „nec eam confecit, nec illam confici
 A C 1585. „jussit, sed totam rem Sorbonnæ judi-
 „cio reliquit, cum hæc ordinarius sit
 „Ecclesiæ Gallicanæ Senatus, ac Cle-
 „rus ratum habere soleat id, quod hi
 „Doctores decidunt: quamvis enim plu-
 „res fidei professiones in Diæcesibus
 „circumferantur, illæ tamen quantum
 „ad dogmatis summam omnes sibi sunt
 „simillimæ, aut si forte in una, alte-
 „rave plus, minusve reperiatur, hujus
 „diversitatis examen relinquendum est
 „Episcopis, qui electorum pabulum suis
 „ovibus ad ovile recens reversis juxta
 „cujuslibet indigentiam distribuere no-
 „runt: nihilominus pia Majestatis ve-
 „stræ monita semper humili obsequio
 „recipiemus: præsto tamen nobis sunt
 „fidei formulæ ex Concilio Tridentino
 „decerptæ, aut in nostris Ritualibus
 „contentæ, quibus quivis libere juxta
 „suam conscientiam uti poterit. Rex
 „his rationibus expugnatus Episcopis
 „præcepit, ut hanc fidei professionem
 „unacum epistola, quæ eidem prius erat
 „annexa, ad illum remitterent, obten-
 „derent vero, quod in illam quidam ty-
 „pi errores irrepsissent.

§. LXII.

Synodus Aquensis in Provincia.

Mense

Mense Septembri Alexander Canigianus Aquis in Provincia Episcopus Synodum celebrabat, cui intererant illius Suffraganei Aptensis, Vapicensis, Regiensis, & Segusteronensis, præter Foro-Julienſis Episcopi Vicarium Generalem; porro ibi ad Concilii initium fidei professio, cujus formula erat præscripta, emittebatur, postea autem statuta condebantur ad Ecclesiæ disciplinam, morumque emendationem oppido proficua: ne vero sæpius prolata repetere cogamur, sigillatim hæc decreta non recensemus. Ceterum hæc Synodus Mense Februario inchoata per Pontificis diploma die quinta Maji Anno Salutis nostræ millesimo quingentesimo octogesimo sexto approbata est.

§. LXIII.

Concilium Mexicanum.

Eodem anno Domini millesimo quingentesimo octogesimo quinto Mexici quædam Americæ Septentrionalis urbe, quæ nova Hispania appellatur, a Petro Moya de Contreras tum Archiepiscopo, & Governatore aliud celebrabatur Concilium, cui sex Episcopi in novo Orbe stabiliti intererant, qui plura statuta condebant, ut æqualis ubique in eorum Diæcesibus disciplina servaretur: eorum

Sæcul. XVI.
A.C. 1585.Labb. Col-
lect. Conc.
tom. 15.
pag. 1120.Labb. pag.
1194.